



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij &  
|| Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e ||  
XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.**

**Eck, Johannes  
Karlstadt, Andreas**

**[Erfurt], 1519**

**VD16 E 320**

Martinus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32477**

**¶** Sic innotuit Ecclesie se obiectis velle respondere quasi et ipse respondeat su-  
isset. Sic dicitur: hoc pacto nunquam sententia disputatione. accusans Ecclesiam  
petulantia. que solet singula etiam verba aucupari. corrigi. p. virgula diuisi-  
na ut clementissimus dicitur Georgius: interesset cuius nutu et pio sceptro concessum est  
Martino impetere Ecclesiam per eam que contraria est huic iam discusse.

### Martinus.

**¶** Contra sententiam Egregii: d. d. videtur id militare quod satis fortiter transiit  
in confutando et scribitur prime. 3. Contra: ubi Paulus detrahens personam om-  
nibus apostolis dicit. Quid est Apollus: quid Paulus: quid Cephe: ministri  
quos credidistis. ubi Paulus proius vult tollere occasionem contentiois et schis-  
matis. negat ullam ecclesiam ad ullam apostolorum pertinere. sed esse omnia officia  
communia. vnde in fine. 3. ca. dicit. Omnia vestra siue Cephe. siue Apollus. siue  
Paulus. vos autem Christi. Nec valet euasio qua dicitur eos non de principalitate  
sed singularitate personarum contendisse. cum manifestus textus sit. quod de dig-  
nitatibus personarum preponderant. quod alii preferbant officiis Petri. alii Pauli.  
alii Apollus alii vero solum Christum. Confirmat per illud Gal. 2. ubi simul  
contentione seducti Salate propter humilitatem Petri commendatam Paulum et  
doctrinam eius velut indignorum reliquerunt. Contra que longo textu probat  
nihil ad rem pertinere Petri maiestatem vel aliorum apostolorum dicens se neque ab homine  
neque per hominem esse missum ad eos. nec vidisse quidem Petrum. nec didicisse ab eo.  
sed omnia sine Petro habuisse et tradidisse. Si ergo auctoritas Petri fuit necesse  
cessaria et ius diuini. erit Paulus in hoc loco manifeste impius et blasphemus.  
Ut qui nolit etiam a deo per hominem mitti videri. et proius reijcit auctoritatem  
petri. Tertio et infra clarus. ubi dicit mihi qui videbant nihil preulerunt et quod  
les aliquando fuerint nihil me referat. Deus enim personam hominis non accipit.  
Ecce hic clare dicit quod qualitas petri et aliorum apostolorum nihil sua referat. quod  
esset impium dicere. si qualitas Petri iure diuino fuisset seruanda. Eadem  
impetate diceret. Deus personam hominis non accipit. cum ius diuini. et ea que sunt iuris  
diuini etiam sub eterne maledictionis pena precipiat. Quare videtur primus iste et ma-  
iestas vel quocumque nomine censeat Petri persona seu qualitas non statui iure diuino.

### Ecclesius.

**¶** Dum reuerendus pater contra me inducit tres beati Pauli auctoritates  
viduum ab aduersariis sedes apostolice ventisatas. et per apostolice sedis  
defensores enodatas. facile et respondeo annectendo malos fucos quibus  
dogma suum nititur palliare. et hominibus os et oculos oblitire. Dico primam.  
De non transiisse sicut imponit locum apostoli prima ad Corinthios. 3. Paulus  
ipse false adduxerit cum Paulo et Apollone Cepham. quod textus ab initio non  
habet. sed in fine meminit Cephe. sed statim glossa interlinearis fatetur eum  
metiore officio: Non ergo suo capite sed sanctorum accipiat sacram scripturam reuerentiam  
pater. Et dico solutionem datam fuisse optimam et infringibilem et fuisse reuerentiam  
patris quo simpliciter illud nihil facit. testis est b. Hieronimus: contra Iovinianum  
anum Col. 18. mihi. ubi expresse dicit supra Petrum edificatam ecclesiam. ubi fortiter  
transiit reuerentiam pater et nihil dicit. et infra. ut capite constituto schismata tolli  
leretur occasio. ergo quod apostolus Paulus voluit cauere schismata. prentibus  
per hoc primatum capitis non abstulit. quod schismata melius tolli non possunt. nisi  
per caput. Unde nec verbum facti nec aper ad oppositum de negatione primatus  
quare false auspicatus est hoc de me ut duos adduxisse sanctos patres et eos  
ambiguos. cum certos et indubitatos adduxerim Augustinus: Ambrosius: Hieronimus:  
Chrysostomus: Leonem. Bernbardum. Quod autem laudat me amplecti ambas Augustinus  
sententias lib. 1. retract. c. 21. Et affirmat seipsum facere idem.

Regant. d.  
Martino se fe-  
cisse ut sup-  
prestat est

**¶** Quod vero secundo loco inducit Paulum ad Galatas quasi ille scripsit contra petrum  
volens Galatas confirmare in fide et toto ibi processu ostendat se equalem fuisse petro